Liber Iohis Swane Canonici secularis eccl.
Verdensis ac pastoris in Kelinckhusen
Nunc Henrico Snelsinck pertinet A° 1736

… BOETII

Carmina qui quondam studio florente peregi.
Flebilis heu mestos cogor inire modos.
Ecce mihi lacere dictant scribenda camene.
Et ueris elegi. fletibus ora rigant
Has saltem nullus potuit peruincere terror
Ne nostrum comites prosequerentur iter
Venit enim properata malis inopina senectus
Et dolor aetatem iussit inesse suam
Intempestiui funduntur uertice cani
Et tremit effoeto corpore laxa cutis

Felix nimium prior aetas
Contenta fidelibus aruis
Nec inerti perdita luxu. felix nim.
Felix nimium prior aetas
Facili quae sera solebat
Ieiunia soluere glande. felix nim.
Non bachica munera norant
Liquido confundere melle. fel.
Nec lucida uellera serum
Tyrio miscere ueneno. fel.
Somnos dabat herba salubres
Potum quoq; lubricus amnis. fel.
Nondum maris alta secabant
Nec mercibus undiq; lectis. fel.
Noua litora uiderat hospes
Tunc classica saeua tacebant. fel.
Odiis neq; fusus acerbis
Cruor horrida tinxerat arua. fel.

Eheu quae miseros tramite deuios.
Abducit ignorantia. eheu quae miseros.
Non aurum in uiridi quaeritis arbore
Nec inuite gemmas carpitis. eheu que miseros.
Non altis laqueos montibus abditis
Ut pisce ditetis dapes. eheu quae miseros.
Si uobis capreas si libeat sequi
Tyrrena captatis uada. eheu que miseros.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Staatsbibliothek zu Berlin Preußischer Kulturbesitz
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek zu Berlin – Preußischer Kulturbesitz
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbb-pk_mstheol-lat-fol-58/0008